

Stabo trepidus et anxius ut pute
 comemorans scelerum commissam me
 orum. cum dicit de me. ecce. n. et opem
 eius. Job. xxxi. Quid faciam cum
 surrexerit ad iudicandum deus et
 cum quaesierit. quid respondebo ei? Ec
 ce quomodo timebat quidam miles
 cui in somnis videbatur quod ducere
 tur ad iudicium et staret ante conspe
 ctum iudicis et per nimium timorem ma
 ne inuentus est canus cum tamen
 iuuenis esset. qui postea nunquam po
 tuit in hac vita letari. Quare au
 tem haec dies sit timenda multe sunt
 cause. Require dominica. ii. in aduen
 tu domini in sermone. Videbunt filium
 hominis Rogem?

De eodem.

f. clvi. z.

H Coepit ihesus panes et cum
 gratias egisset distribu
 it discipulis. Jo. vi.
 In hoc euangelio agit quod dominus
 faciauit in deserto quinquaginta milia ho
 minum de quinquaginta panibus et duobus pi
 scibus. Per hos quinquaginta panes fig
 ficantur quinquaginta panes spirituales quibus
 cibatur anima in deserto huius
 mundi ne in via deficiat sed ad vitam
 eternam perveniat. Primum panis
 est penitentia et contritio. hunc pa
 nem percipit sibi datus David dicens
 Cibabis nos domine pane lacrimarum. q. di. O domine da nobis panem
 contritionis et lacrimarum pro peccatis
 nostris ne deficiamus in via sed per

veniam ad vitam eternam ad quam
 nullus sine contritione potest pervenire
Aug. O domine da michi in hoc
 exilio panem doloris et lacrimarum
 quem diligo super omnem copiam divi
 ciarum. Iste panis debet esse orde
 ceus. id est penitentia debet esse aspera
 non deliciosa. Vidor? Venire et fle
 re debemus. rememiscetes scelera no
 stra. quod gravia sunt que commisimus
 quod damnosa sunt que obmisimus
 quod dura inferni supplicia que me
 ruimus. quod deliciosa celestia gau
 dia que amisimus. nullum enim in
 venit per peccatorum tale remedium
 sicut eorum cum dolore continua me
 moria. Iste panis figuratus est
 per cinerum panem quem comedit
 belyas. Dicit enim. iij. Re. xix. Quia
 cum belyas dormiret sub arboris ex
 citavit eum angelus dicens. Surge
 comede. gradis enim restat tibi
 via. et cum surrexisset invenit ad
 caput suum sub cinerum panem
 et vas aquae et comedit et bibit et
 ambulabat in fortitudine cibi illius
 quadraginta diebus et qua
 draginta noctibus usque ad mon
 tem dei oreb. et apparuit dominus
 ei. Per belyam dormientem signifi
 catur peccator. quod sicut dormiens
 non potest operari. sic homo in mor
 tali peccato existens non potest facere
 opera meritoria. Ecc. xxxiii. Dona
 iniquum non approbat dominus nec re
 spectat in oblationem peccatorum. Cre. qui
 in caritate non est oculus bonum amittit